



<http://www.biodiversitylibrary.org/>

Josephi Pitton Tournefort ... Institutiones rei herbariæ.

Parisiis :E Typographia Regia,1700-[1703]

<http://www.biodiversitylibrary.org/bibliography/713>

v.1: <http://www.biodiversitylibrary.org/item/14433>

Article/Chapter Title: viburnum

Author(s): tournefort

Page(s): Page 607

Contributed by: Missouri Botanical Garden, Peter H. Raven Library

Sponsored by: Missouri Botanical Garden

Generated 8 February 2016 2:19 PM

<http://www.biodiversitylibrary.org/pdf4/048271000014433>

GENUS II.

Opulus. Obier.

OPULUS est plantæ genus, flore A monopetalo sed multiplici: alius Tab. 376. enim A ad muscarii circumferentiam positus, rotatus est, perfossus in meditullio C ab pistillo F calycis K, & sterilis. Alius verò B pelviformis à cacumine calycis E, in meditullio D etiam perfossus: hujus verò calyx abit in fructum G seu baccam mollem, semine fœtam H I cordiformi & compresso.

Opuli species sunt.

Opulus Ruellii 281. *Sambucus aquatica*, flore simplici C. B. Pin. 564.*Sambucus aquatica* J. B. 1. 552. *Sambucus palustris* Dod. Pempt. 846.Opulus flore globoso. *Sambucus aquatica*, flore globoso, pleno C. B. Pin. 456. *Sambucus rosea* J. B. 1. 553. *Sambucus rosea sive aquatica* Lob. Icon. 201.

GENUS III.

Viburnum. Viorne.

VIBURNUM est plantæ genus, flore A monopetalo, rotato, multifido, Tab. 377. cujus meditullium B perfoditur à cacumine calycis C. Is autem deinde abit in fructum mollem seu baccam D succi plenam & semine fœtam osseo E compresso, striato.

Viburni speciem unicam novi.

Viburnum Math. 217. *Lantana vulgò aliis Viburnum* J. B. 1. 557.

GENUS IV.

Tinus. Laurier-tin.

TINUS est plantæ genus, flore A monopetalo, rotato, multifido, cujus Tab. 377. meditullium B perfoditur à cacumine calycis C: Is autem deinde abit in fructum Olivæformem D umbilicatum, semine fœtum E plerumque Pyriformi.

Tini species sunt.

Tinus prior Clus. Hist. 49. *Laurus sylvestris*, Corni fœmina foliis subhirsutis C. B. Pin. 461. *Laurus Tinus seu sylvestris*, prior J. B. 1. 418.Tinus alter Clus. Hist. 49. *Laurus sylvestris*, foliis venosis C. B. Pin. 461.Tinus tertius Clus. Hist. 50. *Laurus sylvestris*, folio minore C. B. Pin. 461.

GENUS V.

Vitis Idæa. Airelle ou Mirtile.

VITIS IDÆA est plantæ genus, flore A monopetalo, campaniformi, Tab. 377. globoso, è cujus calyce D surgit pistillum C posticæ floris parti B adinstar clavi infixum: calyx autem D abit deinde in fructum mollem E seu baccam umbilicatum F, succi plenam seminibusque fœtam G plerumque exiguis H.